

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

[8.] Ars Panegyricorum, Nuptialium, & Natalitiarum orationum: Ex Dionysio
Halicarnassensi de Panegyri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Liberalis-

Liberalitatis, & munificentie splendor est maximus: est enim, ut verbis Nicetze vitar, εἰλέσις έβουσθε καὶ δαλμάσι φιλοδωρίου. Laudatur autem ab effectis, in quibus considerantur & ea, quæ erogantur, & iij, in quos erogantur. Elucet igitur magnificientia in viribus condendis, reparandis, in aquarum, fluminum, lacuum deruinationibus, expurgationibus, in templis, monasterijs, xenodochijs, scholis, gymanasijs extruendis, theatris, amphiteatris, circis, vijs publicis munendis, sternendis, incidendis, in pontibus, arcibus, turribus, vallis, mœnibus, aggeribus, in porticibus, balneis, thermis, viuaris, hortis, bibliothecis, in ætaris, portibus, naualibus, horreis, cellis, aquæ ductibus, puteis, in armis, machinis, vestimentis, pompis, ludis, nuptijs, conuiujs, in quibus nimis plerisque municiunt homines.

In sepulchris, aris, baptisterijs, sacra suppellestiles, imaginibus, picturis, obeliscis, colossis. Liberalitas non æque sumptum facit ac munificentia: liberalitatis tamen est dare alimenta, agros, domos, pecunias, vestes stragulas, libros, vasæ, vestigalia, redditus, decimas, primicias, priuilegia varia, religiosis, pauperibus, orphanis, amicis, hostibus, exilibus, capitiis, viris litteratis.

Humilitas: atem Rethores, & Philosophi præfici Ethnico-vix agnouerunt; quamquam Theodoretus in oratione de fine & iudicio refert Antisthenem summum bonum posuisse in ærvpha, quoniam no[n] habita est.

Prosummo bono. Huius partes sunt sacerdotia, dignitates, regna, imperia, vestitus honorificos, triumphos, trophæa, statuas, imagines, titulos, elo-gia magnifica negligere; honores declinare, quod multi fecerunt latebris, fuga, morbi prætextu, mutilatione. Item de se demissè sentire, loqui, ad seruilia munia se abidere.

Et hec de laudibus persona secundum virtutes animi, & corporis sat.

Humilitas par-tus. Virtus operatio ex contrarijs, ut appareat, locis peritur, nec alijs aut plenioribus indiget præceptis. Tantum illud prudentes oratores obseruant, ut ad virtuperandum necessitate potius ducti, quam sua natura incitari videantur. Deinde, ut à maledictis triuialibus abstineant: Tertiò ut nihil conuictiorum temere effundant, sed quicquid dixerint, certis addicant rationibus.

Nam improbum, & perfidum, & impium, & cetera id genus aliquem dicere, nihil vero demonstrare, rixati est, muliercularum, aut puerorum more, quod recte norauit Demosthenes Olynthiaca secunda, τὸ μὲν ἔπος -
καὶ ἀπότον χρήσαι σὺν τῷ τὰ πεπργμένα δεκτοῦ, λειδοειραρχίᾳ τοις δι φίσαις κανηρού δικούσι. τῷ δὲ πάντῃ ὅσα πάντοτε ἐπράξε δικιότα, ἐφ' ἀπαστρέποις ἐλέγχειν, καὶ βραχίονα λόγῳ συμβάνει δεδούσι. καὶ δυοῖν ἑνεκα ἡ γέμωσι μητρίει εἴρηται. Nūc quo-niam hoc ipso loco nobilissimi Rethores tridunt Panegyricarum, nuptialium, natalitiarum denique orationum methodum, hanc ex Dionysio Halicarnassi. subijciam.

ARS PANEGRICORVM, Nuptialium, & natalitiarum Orationum.

Ex Dionysio Halicarnassensi, De Pa-

negyri.

Græca incipiunt ταῦτα γραψαν θύρμα. οὐ καὶ que quoniam nihil ad elegantiam faciunt, omittimus; ea tantum indicantes, que signanter in auctore dicta fuerint.

Oeconomia, & distributio.

C A P V T VIII.

In prefatione ostendit, quid sit panegyris, Panegyris & quæ eius inventio. Ait esse, θύρμα καὶ quid: διώροφον δεῖ εἰς ἀριθμούσι τῷ περι τὸν Λιον μελέσαν παραδίδομένην. Propriètate Panegyri-Paneygryses dici celebres cōcūtus, & ludos, quo ea orationum finis: ἐψήσις, καὶ ψυχαγωγία. Addit Athanasius metheletas, & Musicos. Μετων καὶ Απόλλων διοῖς. οὐ παθῶς ornare Panegyres, sed maximè viros doctos, & eloquentes: deinde ad præcepta delabitur.

Primo, Dij panegyris præfides laudandi, & hoc est, inquit, προσωτεῖον ταῦτα γραμμέδρος, οὐ λόγῳ, sed ista falsorum numerum laudationes longè à Christianis exultent, qui speciosissima in Deo, & sanctis nasti sunt argumenta. Plenus est autem Aristides harum laudationum exemplis, e quibus imi-tatio.

tatio ad sanctiora argumenta traduci poterit.

Secundò, De vrbis laudibus in istis veterum panegyricis tractabatur. Quomodo autem vrbis laudanda sit, hoc inferius doceo plenius.

Tertiò, De certamine, & ludis dicebatur, cuius laudationis capita sunt. Ortus, comparatio cum alijs certaminibus, tempus certaminis, seu anni tempestas, qua celebratur. Variae eius species, Coronæ victoribus tributæ, & quercus, oliua, laurus, pinus.

Quinto, Laudantur principes, & panegyritis auctores.

Sextò, Eloquio panegyricorum non debet esse *μονότητα*, sed *εκπλοκή*, & *επιρροές*, & valde figurata, in qua sunt *διαφορικές* distributiones, ac παραβολαὶ συγκρίσεις.

De Panegyris sic Antimachus.

*Ex versio-
ne Anti-
machie e-
mendata.*

Panegyris, solennis scilicet quinquennaliūm ludorum celebritas, sive conuentus, est inuentum, & donum Deorum, ad requiem maiorum rerum, quæ ad vitam attinent, tradita (sicuti quodam in loco, inquit Plato) cum Diis humanum genus ad laborem natum miserati essent. Coacti autem fuerunt à sapientissimis hominibus conuentus, & à ciuitatibus publicè communi decreto, ad reficiendos, teareandosque animos, ac ad oblectationem, atque solatium spectantium constituti. Tributus vero ad hos mutuo-celebrandos est à diutibus suppeditarum quidem pecuniarum sumptus, à principibus circa hoc ornatus ad magnificientiam apparatus, rerumque ad id commodaēam opulentia. Panegyrum athleta corporum robore ornant plurimum: & musatum, ac Apollinis aescatores musica, qua sunt exulti. At virum, qui in literarum, & eloquentiæ studijs versatus fuerit, ac vniuersum vitæ tempus in eis completerit, atque contruerit, in ornanda panegyri ita se gerere oportet, actanto inniti artificio, ut eius oratio à vulgari dicendi ratione abhorreat.

Age igitur, Æchecrates, ad hoc tanquam duces via nequaquam trita, nec à multis tentata facti, explicemus tibi ea, quæ olim à nostris sapientiæ Parentibus nobis tradita acceptimus: illi vero, & illorum etiam superiores, à Mercurio, & à Musis habuisse dixerunt:

non secus ac Ascreus pastor ab eisdem in Panegyris Helicone poësim est consecutus. Age itaque inuitore, cum huiusmodi arte orationes sequere. Deus etenim vniuersa, quæcumque sit, panegyris aliquo modo præses, & eiusmodi est nominis: vt, Olympiæ, Olympiæ Iupiter eius autem quod in Pythijs sit certaminis, Apollo. Principium igitur huiusmodi orationis, quæcumque fuerit, laus Dei nobis sit, tanquam virtus, seu persona quadam splendida in sermonis initio posita, atque constituta. Laudandi autem exordium, ab ijs, que Deo inueniunt, eique attribuuntur, prout res copiam suppeditant, sumes. Siquidem Iupiter fuerit, adducendum erit, deorum Regem, seruumque omnium opificem esse: Si vero Apollo, mulieres inventorem extitisse, & eundem esse cum Soli: Sole autem omnium omnibus bonorum auctorem. Præterea si Hercules erit, Iouis esse filium: & ea qua mortalium vita præbit, consumerabis. Et locus fermè complebitur ijs, que quilibet aut inuenierit, aut hominibus tradiderit. Vetus haec brevibus narrabitur precedens oratio sequenti maiori evadet videatur.

Deinceps vrbis laudes, in qua publicus conuentus celebratur, vel à situ, vel ab ipsis ortu, recensere oportebit, in quo sanc., qui Deus, aut heros eius conditor extiterit, aut si aliquid habebis, quod deo in medium possis afferre: si quid videlicet ab eo, vbi preclarum, vel bello, vel pace gestum fuerit, commemorabis. Congruet etiam de magnitudine, si ampla, vel parva sit, aliquid dicere: quod pulchritudine excellit, quod licet parva, potentia tamen cum amplissimis est adiquata. Deinde quæcumque ad templorum, aut in his additamentorum, seu donariorum, publicorum, privatorumque edificiorum ornamentum attinet, non erunt silentio praeterenda: quemadmodum Herodotus quodam in loco, quinque, & sex tabulariū edificia Babyloni esse dicit. Si fluuius sit magnus, si purus, & nitidus, vel regionem incolumibus vitibus. Si itidem aliqua fuerit fabula, qua de ciuitate prædicetur. Hoc pacto multum suavitatis, plurimum leporis, atque dulcedinis habebit oratio. Ad hæc de ipso certamine dicendum erit, quodnam habuerit initium, quæ ipsius fuerit constitutio, vel quam ob causam possum, dedicatumque sit. Si aliqua sit fabula, vel aliquid aliud priscum, horum nihil erit omittendum. Ad id vero cum

vener-

veneris, non erit locus simpliciter transunci-
di: sed cum alijs certaminibus oportebit hoc
comparare. Nam id tibi suppeditabit dicendi
copiam. Et hoc modo augebis orationem, vt
ab anni partibus comparans. Si quidem veris
tempore agatur, explicandum erit agi in ma-
xima temperie caloris, & frigoris: si in hieme,
in validissimo, atque acerrimo (vt quispiam
dixerit) tempore celebrari: si in aestate, ad ex-
ercitationem, contemplationemq; spectato-
rum constitutum esse, & voluntatis indicium,
atque probationem existere, & deficientibus
athletis spectatores decepare debere. Poteris
etiam aurumnum a fructuum collectione, seu
conseruatione, non parum laudare: & ab eo
quod iam homines a laboribus cessent, atque
quiescant. Deinde considerandum erit, quo-
modo sint disposita certamina. Erenim si mu-
sicum, & gymnicum sit, planè perfectum es-
se, in eoq; nihil decelle, & sine aliquo defectu,
corporum robore, vocum concetu, ac reliquis
musicae partibus temperatum, existere. Si au-
tem gymnicum sit, musicam tamquam animum
mollientem, atque effeminantem abdicasse,
corporum vero robur sumptuose, atque reti-
nuisse: & sollicitudinis, & angoris modum ad
fortitudinem, qua in bellis opus est, compa-
randam conferre plurimum.

Quercus
liniflora

Coronam præterea, quæcumque sit, ne si-
lentio negligenter prætercas. Non enim cum
in hac re peragenda versaberis, tibi laudes de-
rerunt. Nam si quercum laudare contigerit,
eam Ioui sacram dices, & primum, atque an-
tiquissimum fuisse hominibus cibum, & ne-
quaque mutam, aut elinguem: quippe quæ
in Dodona si aliquando locuta. Si autem oli-
ua fuerit celebrando, Palladi dicatam, labo-
rum medlam, ex hac planta antiquos crex-
isse, dedicasseque trophæa; hanc arborem esse
signum, & notam victoriæ; Pallademq; cum
superasset Neptunum, hac prima coronatam
fuisse differes: & tandem certanibus esse fa-
miliarissimam: athletarum enim certamina
per oleum conficiuntur: nec non orationi so-
ciari existere, eiique multum suffragari, qua
pubi: si conuentus exornantur. Laurum quo-
que pari ratione laudibus efferes, dum Apol-
lini sacram, plantamque variis dedicatam
dices: in qua planè laudanda, si Daphnes fabu-
lam attingere volueris, non vixque alienum,
nec absurdum videbitur. Similiter etiam, si
quid aliud affuerit; vt Cereris fructus: vel pi-
aus, circa unum quodque istorum te poteris

diffundere. Nec illud erit extra magnificen-
tiam, & gloriam, si certaminis coronam cum
reliquorum certaminum coronis comparan-
dam duxeris.

Regis vero laus, à te veluti totius oratio-
nis fastigium, inducatur, apponaturque; &
quod vere omnium certaminum præses, qui
panegyris
pacem tueunt, propter quam certamina perfici
queunt. Nonnulli etiam illos, quilibetos dis-
ponunt, laudibus prosequuntur sunt: siquidem
hi gloria insignes sint, quod alijs ante in rebus
utiles fuerint, at in his splendidissimi, atq; or-
natissimi reperti sint. Si vero nullahabebas an-
tiquorum, quæ in medium possis afferre, ex-
pliandum erit principium gloriae, quæ ad
patriam pertineat, esse maximum, & Graeco-
rum generi maximè innatum. Reliqua elocu-
tio sit, vt vniuersusque natura, & voluntas
postulat.

Verum si in dicendo præstare oportet, at-
que antecellere, (vt quod sentio dicam inge-
nuo) nunquam auctor fuerim, vt eiūmodi e-
locutio sit vnius tantummodi, sed varia si-
mul, & mista: & alia sine simplicitate excur-
rentia, alia oppositis, & ifoculis Isocratis res-
pondentia, alia autem distributionibus ex-
pressa.

Scio enim nostratis chori ducem, & præ-
sultorem hanc viam, vel in pluribus (vt ita
dicam) sestatum fuisse: nisi quidpiam in ali-
quo præcipuo genere scribere proposuisset.
Cuiusque autem formæ dicendi, materia vi-
detur facultatem præbere. Verum ijs, quæ ex-
cogitaueris, oportet etiam consequentem, &
congruam elocutionem inducere: quemad-
modum narrationes, & aliquid fabulæ ha-
bentia, simplici, & non fucata oratione opus
est explicare. Quæcumque autem de Regibus,
vel de Dijs optimis maximis litterarum mo-
numentis mandare volueris, accum veni-
stata, sententiarum grauitate, & maiestate
verborum dicenda erunt.

Quæ vero ad collationes, siue similitudi-
nes, nec non ad comparationes pertinent, vr-
bano sermone complectentis: nisi quispiam ad
hoc dignum aliquod orationis genus in om-
nibus præbuerit.

Illud tamen, quod prædictum est, habet
plus ostentationis, & maiorem affectus delecta-
tionem, atque voluptatem.

N. N.

nisi Frigidè autem hic Antimachus
Ooo

viii

νολισθε non careas. Estin Græco οὐοὶ μηρ-
ποιδημ̄ Σαχοὶ πίσεως.

Deinde εὐτορπτεις δέ που καὶ περιτότερη
τιμάσον, ex quo apparet ιωτορπτοι non referri
ad τιμών, puto legendum cum Sylburgio τι-
μών, nam pinus, ut restatur Archias, præmium
quoque fuit eorum certaminum.

Præcepta de oratione Nuptiali.

Ex Dionysio Halicarnassensi.

Similia ferme habet Menander Rhetor

Πτερί θετθαλαμοφ.

Oeconomia.

CAPVT IX.

Exordium officiosum ad amicum, in quo
ad significandam gratulationem suam vñsum
est verbis, συγχορειμ, καὶ ανακεχεύειν
Bacchari dicuntur οἱ ποιητοὶ, καὶ βήτορων οἱ
βεττῶντες. Statius in epith. stellæ,

Multumque pares bacchamus ad aras.

I Epithalamia
in Nuptiis
in oratione
et ceteris

Primum argumentum, à Dīs (inquir) in uer-
tibus ducetur. Christiani tanto vberius ha-
bent hoc argumentum, quanto Dei nupciarū
auctoris maiestas, larvas omnes falsorum nu-
minum obscurat.

Secundum argumentū, à natura, ipsiusq; vi,
& in rebus omnibus progenerantis fecunditate,
qui locus à Statio perterritus est in epith.
Stellæ, versu 182. Μέτα τῆς λοσιοῦ τὸ χαρεῖ
θεοῦ τὸν ποτε τοῦ πυργίδην γαμοθ. Me-
nander Rhet.

Tertium argumentum, honestas nuptiarum.

Nuptiarum
fructus,
item
Matrimo-
niūm

Quartum, effectus, quādam species immor-
talitatis, ὁ διδυποτελεῖν τὸν οὐρανον τὸ γάμον
γένεσιν abbatop.

Quintum argum. varia adiuncta, & utilitas,
quæ ex causis nuptijs proueniunt. Tem-
perantia ex vagis thoris coercitis. Affectus
prolixior erga patriam, ob maius vinculum
necessitudinis. Misericordia humana tolerabiliores
ex societate. Voluptates ex eodem contu-
bernio iucundiores. Propagatio familiarum,
pagorum, vrbium, affinitates, & amicitiae, vbi
exempla felicium coniubiorum afferenda.

Sexta pars, votum pro felicitate nuptiarum, & coniugum concordia. Omen, & praefagiū de liberis futuris, ac eorum honesta educatione. Filij patrum ινδοὶ Εμφύτεοι. Exempla de claritate filiorum, & eorum gloria in parentes redundante erunt proferenda.

Septima pars, laus coniugum, quæ præcipua est totius operis, & in nobilium panegyricis cæteris præponenda. Afferuntur laudationis istius capita, de quibus supra dictum est liquidius.

Octauum, Vaticinium de excellencia filiorum. Character autem huius orationis debet esse simplici cura limatus Ανδρας & Xenophon-tæsus.

Sic igitur ille.

Mihī profectō iucundum admodum fuī-
ser, tuis non solum adesse, sed interesse
nuptijs, & carissimum caput: quo tecum simus
chorum ducerem, tecum baccharer, & paulo
post conficiendam matrimonium iterum, at-
que iterum laudibus extollerem, Hymenæū
que (quem in nuptijs dici par est) canerem. Ve-
rum cum vinculum hoc, quod ad litterarum
studia, ad presentemque eruditionem attinet,
nos inuicem separer, absit enim ut mente,
affectu, & cogitationibus, que ad animorum
coniunctionem spectant, vñquam seiuag-
mur. Idcirco habeas hoc à me tāquam aliquod
munus, ad vñsum, atque ornamentum nupti-
arum, ut nee experts, nec ignarus sis eorum, que
de his dīcī consuevere: seu tu id apud teip-
sum seruare, fruicite tanquam symbolum
ad promerendam gratiam conferre volueris,
foitè igitur & tu iam à iuuentute initio
huiusmodi orationem prolusisti, dum pri-
mam apud me Rheticorum viam ingredius,
tum cæteris conscribendis, componendisque
rheticis exercitationibus operam nauares,
tum etiam ea quæ quæstiones vocantur, & ex
his ea, quæ ad orationem de nuptijs perte-
nent, & cohortationem ad eiusmodi res stu-
diosæ admodum persequereris. In illis enim,
quæ præcipua sunt, hanc etiam imprimis ma-
teriam iuuenes ad scribendum deligunt, an-
sit vñx ducenda. Oratio autem, quam nunc
in manibus habemus, in eiusmodi locutionum
genere versatur: nec ab ijs, quibus in
quæstionibus Deorum vt consueuimus, dif-
ficiliter videtur: quod hi scilicet iuuenient, o-
stendereque hominibus nuptias. Iupiter en-
im, & Iuno, primi coniungentes, & copu-